



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

II. In ordine simoniace acquisito quomodo potest quis tolerari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

constituti, consueuerunt admitti: dummodo tales sint,
qui infra breue tempus subdiaconatum, vel diaconatum
recipere possint.

DE DEPOSITIONE CLERICORVM, PARS XXVI.
ET DISPOSITIONE CIRCA EOSDEM.

CAP. I.

Ex literarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam longa ægritudine confectus, cepit consilium a fortilegis mulieribus, quod si sanari vellet, se permetteret iterum baptizari. Qui insano credens consilio, vt sanaretur, iniuriam fecit per iterationem sacramento. Adstitit autem huic sacrilegio adolescens bonæ, vt videtur, indolis acolytus, frater carnalis illius, in quo baptismus asseritur iteratus, & ministerium exhibuit in respondendo presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergo nos tua duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus quem minor ætas & intentio fraternæ salutis corporeæ aliquantulum excusare videtur: dilectioni tuæ præsentibus literis respondemus, quod quamuis non multum videatur propterea plectendus, ad superiores tamen ordines promoueri, si publicum est quod proponitur, non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore illius religionis circa eum debeat dispensari. Si vero occultum est, promoueri poterit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

CAP. II.

Idem abbati & fratribus Trium fontium.

Consuluit nos tua * deuotio super quodam confratre vestro, * quod cum esset in sæculo, & quinque solidos pro ordinatione dedisset, statim postquam delicti quantitatem cognouit, pœnitentia ductus religioni se contulit. Nos igitur quæstioni vestræ satisfacere cupientes, vobis præsentibus literis significamus, quod ordine suscepto carere meruit, nec ad superiores promoueri potest. Verumtamen in ordinibus quos prius suscepit, Domino poterit deseruire.

*fraternitas
*f. qui